

TERTIA PARS
HUIUS PRIMI TOMI,
DE ORDINE, ET FORMA PROCEDENDI
contra absentem non contumacem in causis civilibus.

SUMMARIA TERTIÆ PARTIS.

PRIMI TOMI.

1 **H**ereditas dicitur vacans, & defertur Fisco, cum aliquis decedit, nullis heredibus relictiis ex testamento, vel abintestato, vel non relicta uxore.

2 Uxor succedit viro de Jure Regio in omnibus suis bonis, deficientibus sibi agnatis, & cognatis, & aliis heredibus.

3 Si hereditas vacans alicujus defertur Fisco, & alicui in illius bonis competat aliquod jus, non est curator dandus illis bonis, sed Fiscus procurator ea administrat, & adversus ipsum actor debet suam actionem intendere.

4 Si heredes defuncti sint, & nullus repariatur, qui hereditatem adire velit, & creditores pro debitis suis urgeant, curator est bonis dandus, qui actiones movere possit, & creditoribus satisfacere, citatis illis, quibus prius successio contingit.

5 Curator bonis est dandus, quando aliquis habet actionem adversus aliquem captivum, ut cum eo actor in judicio agere possit.

6 Curator est bonis absentis ultra Mare, vel in partibus remotis dandus, ut cum eo agi possit.

7 Curator non est bonis absentis dandus, quando procuratorem relinquit, vel speratur de proximo venire.

8 Absentia illius, cujus bonis curator est dandus, prius constare debet apud acta processus, antequam curator detur.

9 Absens, cujus bonis curator est dandus, magis presumi debet vivus, quam mortuus.

10 Bonorum curam, petens, sibi decerni, probare debet absentem vivere.

11 Absentis hereditatem, petens, sibi decerni, probare debet, absentem mortuum esse.

12 Mortuus quis intelligitur, ex eo quod absens per quinquennium vivere ignoratur.

13 Absentis hereditatem pretendens, de Jure Regio probare debet per famam publicam loci, illum mortuum esse, & abesse ultra decem annos.

14 Bona absentis, qui vivere ignoratur, ejus propinquioribus parentibus, vel consanguineis sunt danda cum fidejussoribus, ut illi habeant, tanquam curatores honorum, & hoc qualiter procedat.

15 Quando creditores postulant curatorem bonis absentis dandum, sufficit constare, illum absentem esse in partibus remotis, ita quod non speratur de proximo venturum.

16 Curator bonis absentis dandus debet esse masculus, & non femina, nisi sit mater.

17 Curator bonis dandus debet esse major viginti quinque annis, & diligens, integraque fidei, absque ulla suspitione.

18 Curator bonis dandus non presumitur suspectus, ex eo quod ipse desideret, & affectet, se curatorem dari.

19 Curator bonis dandus, antequam administrationem bonorum suscipiat, tenetur satisfacere, & bona per inventarium recipere.

20 Consanguinei, & ex eis illi, qui sunt proximiores, preferri debent in suscipienda bonorum alicujus absentis cura.

21 Curatores bonis absentis, vel captivi tunc sunt dandi consanguinei, quando sint probi, solertes, & diligentes in administratione bonorum.

22 Praxis, & stylus, qui servatur in fulminando processu, quando curator datur bonis absentis, vel captivi, vel defuncti absque heredibus decedentis.

23 Acta omnia processus sunt nulla, quando actor, hereditate jacente, ante curatorem bonis datum actionem intentavit, vel executionem instrumenti quarentigii petit.

24 Libellus, quando aliquis petit, curatorem bonis absentis, vel captivi dandum, ut contra eum ipse agere possit, Hispano sermone compositus.

25 Forma actus, in quo Judex providet de curatore bonis absentis, vel captivi.

TERTIA PARS.

PRIMI TOMI.

Sæpius contingere solet, quod alicui actio competat contra aliquem defunctum, vel absentem: unde opera pretium erit, præscribere formam, & ordinem in tali casu procedendi, ut actori consultum sit.

Ad cujus rei explicationem nonnulla prænotanda erunt, & in primis, 1. quod quando aliquis decedit, nullis heredibus relictiis ex testamento, vel abintestato, hereditas dicitur vacans, & defertur Fisco. (a) 2. De Jure tamen Regio, deficientibus agnatis, & cognatis, & aliis heredibus, uxor succedit viro in omnibus suis bonis. (b) Et sic constat, quod supradicta jura intelligenda sunt, quod, deficientibus heredibus ex testamento, & abintestato, & etiam uxore, bona vacantia defuncti occupat Fisco. (c) 3. Et in hac specie, quando hereditas vacans alicujus defertur Fisco, si alicui in illis bonis competat aliquod jus, tunc non est dandus curator illis bonis, sed procurator Fisci illa administrat, & adversus eum actor debet suam actionem intendere: (d) & ita cum Angel. & Decio tenet Menochius, (e) qui resolvit, quod agendum erit, quando de presenti bona non habent successorem, sed speratur de proximo: & quid erit cum ambigatur, an successor sit, necne, & ibidem tractat, quid erit, quando heredes defuncti sint, & de presenti nullus reperitur, qui hereditatem adire velit: 4. quo casu opinatur, si creditores pro debitis suis urgeant, curatorem bonis dandum esse, qui actiones movere possit, & creditoribus satisfacere, citatis tamen prius nominatis illis, quibus prima causa suc-

cessionis contigerit. (f) Sed text. in leg. 12. tit. 2. Part. 3. generaliter, & indistincte determinat, curatorem bonis defuncti, nullis relictiis heredibus, dandum esse, adversus quem creditores defuncti agant, & ita nos resolvimus supra. (g)

5. Secundo prænotandum est, quod quando aliquis habet actionem adversus aliquem captivum, tunc curator bonis dandus erit, cum quo actor in judicio agat. (h) 6. Idemque observandum est, quando aliquis esset absens ultra Mare, secundum Glossam, (i) cujus opinionem extendit Gregor. Lupus (j) ad absentem in partibus remotis, ita quod de proximo venire non speraretur: nam inquit, quod gloss. leg. *Ab hostibus* gratia exempli loquuta fuit de absente ultra Mare: & quod bonis cujuscumque absentis in partibus remotis extra Provinciam curator dandus sit, tenent Baldus, (k) & probatur expressè in dict. leg. 12. tit. 2. Part. 3.

7. Quæ omnia intelligenda sunt, quando captivus absens, & vagabundus nullum procuratorem reliquisset: nam si, relicto procuratore, abiit, agendum non est de curatore dando: (l) & tunc procurator ille admittitur ad jurandum de calumnia. (m) Rursum, supradicta procedunt, quando absens venire de proximo non speraretur: nam si speraretur de proximo venire, expectandus esset. (n) 8. Insuper intelligenda sunt, quando constat apud acta processus de absentia illius, de cujus bonis agitur, (o) & ita cum aliis DD. tenet Menochius, (p) qui censet, ad dandum curatorem bonis in predicto casu necesse esse: 9. quod magis credatur absens vivus esse, quam mortuus: (q) 10. nam qui petit curam bonorum sibi decerni, probare debet absentem vivere, quia vita ejus est fundamentum sue intentionis, nec

suft

(a) Juxta text. in leg. 1. §. *Divus*, ff. de Jure Fisci, & in leg. 1. & 4. Cod. de Bon. vacant. lib. 10. & in Auth. de *Hæred. & Falcid.* §. *Si vero institutio*, & convenit leg. 12. tit. 8. lib. 5. Recop.

(b) Ut in leg. 6. tit. 13. Part. 6. quod etiam de Jure Communi erat, ut in leg. 1. Cod. *Unde vir, & uxor*.

(c) Et ita tenet gloss. in dict. leg. 1. Cod. de Bon. vacant. ubi enumerat veros excludentes Fisco à bonis vacantibus defuncti, & idem tenet Didac. Perez in leg. 10. tit. 19. lib. 8. Ordin. col. 371. ubi refert alias personas Fisco excludentes.

(d) Ut probatur in leg. 1. §. *Cui bona*, ff. de Jure Fisci, & in leg. 1. in princip. ff. de Success. edict.

(e) Lib. 2. de Arbitr. cent. 2. caf. 150. n. 2. 4. 5. & 6.

(f) Et ultra relatos à Menochio idem tenet Bart. in leg. 1. n. 3. ff. de Curat. bon. dand. & Greg. Lup. in leg. 12. tit. 2. Part. 3. in gloss. verb. *Sin heredes*.

(g) In 1. part. hujus 1. tom. in 2. Tempore in verfic. 7. advertat actor, &c.

(h) Ut probat text. in leg. *Ab hostibus*, ff. Ex quib. caus. major. & in leg. 4. tit. 29. Part. 2. & in leg. 12. tit. 2. Part. 3.

(i) In dict. leg. *Ab hostibus*.

(j) In dict. leg. 12. in gloss. 1.

(k) In leg. *Cum proponas*, Cod. de Bon. auto. judic. Barr. Paul. Angel. & Imol. relati, & recepti à Greg. Lopez in dict. leg. 12. & Menoch. ubi supr. n. 15.

(l) Ut cum Socin. in consil. 26. lib. 2. resolvit Menoch. ubi supr. n. 17.

(m) Secundum Barr. leg. 2. Cod. *Ubi in rem act.* & sequitur Panoem. in cap. *Caterus*, n. 7. de Juram. calum. contra gloss. ibi, verb. *Ab iurage*.

(n) Ut cum supradictis Doct. tenet Greg. Lup. in dict. leg. 12.

(o) Juxta text. in leg. *Hoc autem*, §. *Non defendit*, ff. Ex quib. caus. in possess. eatur.

(p) Ubi supr. n. 18. & n. 19.

(q) Per text. in leg. *Nec nos*, Cod. de Capt. & poss. rever.

sufficit præsumptio legis, quod quis vivat usque ad centum annos, ut dixit glossa 1. (r) per text. in leg. fin. Cod. de Saeros. Eccles. (f) Nam dict. lex fin. solummodo dicit, quod vita hominum potest esse, usque ad centum annos; non tamen inde inferri debet, quod ita præsumatur, & quod, quando aliquis agit, fundans se in vita alicujus, debeat probare ejus vitam, nec sufficiat prædicta præsumptio, firmiter per text. ibi Gregor. Lupus. (f) 11. Sicut etiam qui hereditatem absentis petit sibi de cerni, probare debet, eum mortuum esse. (u)

12. Quia in re illud observandum est, quod si elapsum esset quinquennium, quo ignoraretur vivere, ex eo satis illum esse mortuum probari creditur. (x) 13. De Jure tamen Regio per text. in leg. 14. tit. 14. Part. 3. prætendens hereditatem absentis probare debet per famam publicam loci, illum mortuum esse, & abesse ultra decem annos, alioquin, si solummodo quinquennium, vel citra elapsum esse, quo ille absens esset, tunc petens ejus hereditatem, plene probare deberet, illum decessisse: 14. sed si neutrum probare possit, nec sciretur de vita jam diu absentis, bona ejus tunc propinquieribus ipsius dantur cum fideiussoribus de consuetudine, ut illa habeant, tanquam curatores bonorum. (y) Hoc quod dictum est de vita, & morte absentis, ad ejus bonis curatorum dandum, crederem necesse esse; quando qui sperat eidem succedere ab intestato, curam, & administrationem bonorum postulat, quam alius habebat, (z) quam curam consanguineis propinquieribus, diligenter, & fidelibus prius quam alii defert leg. 4. tit. 29. Part. 2. 15. Ceterum quando postularetur à creditoribus, pro suis debitis

exigendis, curatorem dandum esse, tunc sufficeret constare, illum absentem esse in partibus remotis, ita quod non speraretur de proximo venturus, in qua specie loquitur text. in dict. leg. Ab hostibus, & in dict. leg. 4. tit. 29. Part. 2. & expressius in l. 12. tit. 2. Part. 3.

16. Tertio prænotandum est, quod curator bonis dandus debet esse masculus: nam femina incapax est hujus curæ: (a) quod verum est, præterquam in matre, quæ habilis est ad prædictam curam bonorum. (b) 17. Debetque prædictus curator esse major viginti quinque annis, (c) & debet esse diligens, & integræ fidei, absque aliqua suspitione. (d) 18. Neque ob id curator censetur suspectus, quod ipse desideret, & affectet, se curatorem dari. (e) 19. Insuper tenetur, postquam constitutus fuerit curator, fatidare, antequam administrationem bonorum suscipiat. (f) Deinde curator tenetur bona per inventarium recipere: (g) quod verum esse intelligerem, quando curator daretur bonis, ut illa administraret, & simul in judicio illa defenderet, & liti responderet: ceterum si datus esset solummodo, ut creditoribus responderet, & à litibus defenderet, prout quotidie in foro fit, tunc non teneretur inventarium conscribere, cum nec bona recipiat, nec eorum administrationem: & sic potius censetur curator, vel defensor liti, quam curator bonis datus, quamvis vulgò curator bonorum dicatur: & ita in praxi quotidie observatur, quod talis non conscribit inventarium, quæ praxis est antiquissima, & tempore Baldi observabatur. (h) Sed cum talis curator videatur potius liti datus, quod bonis, nimirum si dicta praxis defendi possit: nam curator liti datus non tenetur inventarium fa-

cc-

(r) In leg. 2. §. Si dubitetur, ff. Quemadmodum testam. aper.
(f) Et opinionem illius gloss. sequuntur Cepol. in cautela 18. Jass. in leg. Ut inter divinum, not. 7. col. fin. Cod. de Saeros. Eccles. & Socin. in leg. Si inter vivam, ff. de Reb. dub. tamen opinionem illius gloss. improbant Dec. in leg. fin. n. 28. Cod. de Adici. Div. Adrian. lullend. & in leg. Si emancipati, n. 3. Cod. de Collat. & ibi Carol. Molin. super littera C.
(u) In leg. 14. tit. 14. Part. 3.
(x) Secundum opinionem Odofredi, & Guidon. de Summa: quam se communiter vidisse servari, testatur Alberic. in Auth. Hodie, Cod. de Repud. quem refert cum aliis pluribus Gregor. Lup. in dict. leg. 14. in gloss. 1. in qua leg. Prædicta opinio expressè probatur.
(y) Secundum Bart. in Tract. Test. n. 37. vers. de Profugio, quem refert, & sequitur Menoch. ubi supr. n. 19.
(z) Argum. text. in leg. Cum cognatos, Cod. de Capt. & postlim. revert.
(a) Text. in leg. Cujus bonis, ff. de Curat. furios. per quem ita tenent Alex. cons. 221. n. 7. lib. 6. & Dec. in cons. 575. n. 4. & Menoch. ubi supr.

(b) Ut probat text. juncta gloss. verb. Tutelam in Auth. Matr. & avia, Cod. Quamdiu mul. tuel. effi.
(c) Secundum gloss. in leg. 2. verb. Curatorem, ff. de Cur. bonis dand. & Alex. & Dec. ubi supr.
(d) Secundum Dec. ubi supr. Et de Jure Regio probatur in dict. leg. 4. tit. 29. Part. 2.
(e) Secundum gloss. in leg. Scire oportet, §. ut. ff. de Curat. & tutor. dat.
(f) Juxta text. in leg. Cognatos, Cod. de Capt. & postlim. & tenent Alex. & Dec. ubi supr. & Roland. à Valle in cons. 48. n. 16. lib. 1.
(g) Secundum Bart. post gloss. ibi, in leg. 1. n. 5. ff. de Cur. bon. dand. & probatur in leg. 1. in fin. ff. de Vent. insp. & in leg. 15. tit. 16. Part. 6. & in dict. leg. 4. tit. 29. Part. 2. & gloss. in leg. Si vacantia, Cod. de Bon. vacant. lib. 10. verb. Monumentorum, gloss. in leg. de Creditibus, verb. Conscripto, Cod. de Episcop. aud. Platea in dict. leg. Si quando, Cod. de Bon. vacant. Specul. in tit. de Actore ab universitate, n. 10.
(h) Ut ipse in propria specie firmat in consil. 172. propè finem, vol. 2. asserens, hac esse communem opinionem tantum Speculator ubi supr. oppositum tenent.

ecere, secundum Glossam. (i) Et post primam hujus operis editionem reperi Rolandum à Valle (j) disputantem articulum istum ad utraque partem, resolventemque, quod, aut aliqua bona pervenerint ad manus hujus curatoris, aut nulla venerint: primo casu, tenetur inventarium conscribere; secundo vero casu non. Inveni etiam Joann. Berberium (k) resolventem, curatorem ad litem, cui nulla bonorum administratio fuit commissa, teneri conscribere inventarium de instrumentis, & monumentis causæ sibi commissa, pro ea instruenda: quæ doctrina placet mihi, & idem observarem in curatore bonis dando, quando nulla bona receperit, sed est nudus defensor.

Et in hac cura bonorum suscipienda præferuntur consanguinei proximiores absentis, & ex eis illi, qui in successione primam locum obtinent, secundum Bartolum: (l) 21. & de Jure Regio probatur in dict. leg. 4. tit. 29. Part. 2. quæ lex prædictam resolutionem intelligit, verum esse, quando hujusmodi consanguinei essent probi, solertes, & diligentes in administratione bonorum, nec cupidi successione captivi, vel absentis, alioquin, eis deficientibus, Judicem posse alios curatores bonis dare administraturos, & defensores bona absentis. Et circa hunc curatorem est advertendum, quod ei non est pro administratione bonorum danda illa decima, quæ curatoris, vel tutori minoris debetur, ut resolvit Baczai. (m) His sic prænotatis, atque conscriptis, deveniendum est ad ordinem, & formam fulminandi processum in supradictis speciebus.

22. Quando contigerit aliquem habere actionem contra defunctum, & ejus bona, si defunctus decesserit, relictiis hæredibus ex testamento, vel ab intestato, tunc actor comparere debet coram Judice petens mandatum contra hæredes, quo eis præcipiatur, ut compareant sub brevi termino ad aduendam, vel repudiandam hereditatem: & petitio erit formanda modo, quo diximus supra: (n) & Judex concedit mandatum, tamen ibi dictum fuit, & actor inculat contumaciam in terminis à Judice præfixis: & si hæredes intra terminum hereditatem adierint, vel nec adierint, nec recusaverint (quo casu pro aduentibus habentur, ut ibi diximus) adversus eos actor intentabit

suam actionem. At verò, si hereditatem recusaverint, tunc actor petere debet à Judice mandatum contra reliquos hæredes sequentes in gradu, ut adiant, vel repudient hereditatem intra certum tempus: & si aliquis ex eis adierit, adversus eum actio erit intentanda. Ceterum si omnes hereditatem recusaverint, tunc actor comparere debet coram Judice, petens curatorem bonis dari: & Judex, viso processu, & quod hæredes noluerint hereditatem defuncti, tunc constituit curatorem bonis virum providum, & solertem, atque integræ fidei: qui curator jurat, & cautionem præstat, se fideliter administraturum; & defensorum bona defuncti, quo petacto, Judex decernit ei curam bonorum, & adversus eum actor proponit suam actionem, & in negotio proceditur, sicut resolvimus in 1. part. hujus 1. Tomi, in via ordinaria à libelli oblatione, usque ad sententiam diffinitivam: quo ordine procedendum erit, quando actor ad executionem sui debiti non haberet aliquod instrumentum publicum habens executionem paratam; sed si instrumentum publicum haberet, petere poterit executioni mandari contra curatorem, & bona defuncti, & tunc procedendum erit via executiva eo modo, quo infra resolvimus in 4. part. hujus 1. Tomi; 23. alioquin si, hereditate jacente, ante curatorem bonis datum actor actionem intentaret, omnia facta processus nulla essent, ut probat text. in leg. 12. tit. 2. Part. 3. quo in loco Gregor. Lupus (o) resolvit, executionem instrumenti guarantee petitam, jacente hereditate, curatore prius bonis non dato, invalidam esse: ac ideò, inquit, cautos debere esse habentes instrumenta guarantee contra defunctum, ut prius petant, curatorem bonis dari, cum quo litigare possint.

Quando verò aliquis mortuus fuerit, pullis hereditas relictiis, vel uxore (quo casu hereditas defertur Fisco) tunc adversus Fiscum procuratorem actor agere debet via ordinaria, vel executiva, prout jus haberit ad executionem sui debiti, sicut in superiori casu diximus, &c.

Quando autem alicui actio competeret adversus aliquem vivum captivum, vel absentem in partibus remotis, tunc actor ad executionem sui debiti comparere coram Judice, &

of-

(i) Dict. leg. De creationibus, & communiter omnes, ut constat in 3. tom. Commun. Opin. Bald. concl. 152. pagina 144.
(j) In Tract. de Confect. inventar. 2. part. quest. 45.
(k) In suo Viatorio juris, 2. part. Rubric. de Tutel. & curat. fol. 60. vers. Et sciendum, quod regulariter 1.
(l) In leg. 1. in princip. ff. de Leg. tutor. Salic. in leg. ultim. in fin. Cod. eod. tit. & communiter omnes ex Dec.

in cons. 16. n. 3. in fin.
(m) In Tract. de Decima tutor. cap. 16. per totum illud caput.
(n) 1. part. hujus 1. Tomi in 2. Tempor. in vers. Septimo advertat actor, &c.
(o) In gloss. verb. No valdris, cum Angel. Joan. de Imola, & Jasson.

offert libellum petitionis forma sequenti.

Ilustre Señor.

24. Fulano, vecino de esta Ciudad de Salamanca digo: que F. otro vecino de la dicha Ciudad me debe, y está obligado à pagar docientos ducados, y es ido, y ausentado de esta Ciudad, y de esta tierra, y no se sabe de él, ni se espera que volverá tan presto, y dexò ciertos bienes, y hacienda, y derechos, y acciones contra ciertas personas: y para que yo pueda pedir los dichos bienes, y hacienda, y cobrar de ellos mi deuda, tengo necesidad de que se provean de un curador, y defensor, porque el juicio no se haga ilusorio. Por ende à Vmd. pido mande proveer, y provea de un curador, y defensor, mandando primero, y ante todas cosas sequestrar, y embargar los dichos bienes, y ponerlos de manifiesto en fiel depósito, porque me temo de que alguno los trasportará, y esconderá, donde despues no parezcan, que yo estoy presto de dar informacion, de como el dicho F. está ausente, y no se sabe de él, ni se espera que vendrá tan presto, y de que los dichos bienes son suyos, y de que à mi me es debida la dicha deuda, y no pagada: sobre que pido cumplimiento de justicia, y el oficio de Vmd. imploro, y en caso de contradiccion las costas protesto: y juro en forma de derecho, que esto no pido de malicia, &c.

Presentada esta peticion, el juez responde, que le de informacion de lo susodicho, que está presto de haer justicia.

Y luego el actor presenta dos testigos, que dicen sus dichos al tenor del pedimento de arriba: y si tiene alguna escritura, por donde se le deba la dicha deuda, la presenta.

Y el juez, vista la dicha informacion, manda dar su mandamiento de secuestro, y embargo de los dichos bienes, y que el Alguacil vaya à haer el dicho embargo con el Escribano, de todos los bienes, que hallare del dicho Fulano, y de tales, y tales bienes, que por la dicha informacion parecen ser suyos, y que los deposite en persona lega, llana, y abonada. Y el Alguacil con el mandamiento del juez va con el Escribano, y hace el embargo, y deposita los dichos bienes por inventario, y el depositario se obliga en forma, de los tener en fiel depósito, y guarda, &c.

Y hecho esto, el actor parece ante el juez, y dice: Que atento, que él tiene dada informacion de su deuda, y de la ausencia del dicho Fulano, y de como tales, y tales bienes son suyos, que pide à su Merced los mande proveer

del dicho curador, y defensor, con quien se haga el pleyto. Y el juez dice: que se le lleve el proceso, y que visto por él hará justicia: y baviendosele llevado, provee un Auto en la forma siguiente.

AUTO EN QUE EL JUEZ PROVEE

de Curador à los bienes.

25. En Salamanca à tantos dias de tal mes, y de tal año, el Señor Licenciado F., haviendo visto este proceso, dixo: que mandaba dar, y dió curador, y defensor à los bienes del dicho F. ausente, para que los rija, y administre, y defienda, y litigue con el dicho F. à cuya instancia se dà el dicho curador, y con otro qualquiera, que pretenda derecho à los dichos bienes à costa, y mision de ellos: y nombraba, y nombro por curador à F. vecino de esta Ciudad, y mandò que vinièssè ante su Merced à hacer juramento, y diese fianzas de regir, y administrar, y defender bien, y fielmente los bienes, derechos, y acciones del dicho F. ausente. Así lo pronuncio, y mandò, y firmò de su nombre, &c.

Este auto lo notifica el Escribano al defensor nombrado por el juez, el qual va ante él, y el Escribano, y dice, que él acepta la dicha curaduria, y administracion de bienes, y hace el juramento en forma de derecho, y dà las fianzas, que el juez le mandò. Y luego el juez por un Auto dice, que visto que el dicho Fulano defensor havia aceptado la dicha curaduria, y havia hecho el juramento, y dado las fianzas, que por él le havia sido mandado, que él le discernia, y discernió la dicha curaduria, y administracion, y le dió el poder, y facultad, que de derecho en tal caso puede, y se requiere. Y mandaba, y mandò à Fulano, depositario de los dichos bienes, que los dè, y entregue por inventario, como los recibió, al dicho F. defensor: y que él mandaba se notificasse al dicho F. que pudiesse demandar à los dichos bienes, si quisiesse, donde no, que él haria en el caso justicia. Así lo proveyò, y mandò, y lo firmò de su nombre, siendo testigos F. y F. &c.

Este auto se provee en esta forma: Quando al tiempo, que el juez proveyò el auto de arriba, en que dió curador à los bienes, no se halla presente el defensor, que él nombrò, y quando quiere, que el defensor, no solamente siga, y defienda los bienes, pero tambien, que los rija, y administre, y por esso manda, que el depositario se los dè, y entregue: empero quando al tiempo del sobredicho auto se halla presente el defensor, y solamente se dà ad li-

tes:

tes: luego alli en el mismo auto dice el Escribano, que el dicho defensor aceptò la dicha curaduria, y hizo el juramento en forma de defender, bien, y fielmente los dichos bienes, y sus pleytos, y causas, y que para lo cumplir dió por su fiador à F. que presente estaba: los quales ambos à dos, juntamente in solidum se obligaron en forma, &c. Y luego el juez manda notificar al actor, à cuya instancia se dió el dicho curador, que ponga su demanda en dichos bienes, y el actor pone su demanda en forma, de la qual el juez manda dar traslado al defensor, y desde alli en adelante se proce-

de en la causa en via ordinaria, de la misma suerte, y manera, y por los dichos terminos, que diximos en la primera parte de este primer Tomo, quando se procede contra algùn presente. Y si el actor tiene instrumento publico, ò otro recaudo, que trayga aparejada execucion, entonces pide execucion en los bienes, y procede por via executiva, y hase el pleyto con el defensor, y citase para remate, y en todo se guarda el orden, y forma, que diximos en la quarta parte de este primer Tomo, &c. Et hæc sufficiant pro juvenum instructione.

FINIS HUIUS TERTIÆ PARTIS PRIMI TOMI.

QUARTA PARS
HUIUS PRIMI TOMI,
DE FORMA, ET MODO PROCEDENDI VIA EXECUTIVA
in causis civilibus.

SUMMARI A.

SUMMA HUIUS TRACTATUS.

1. Executiva via, quare inducitur fuerit.

2. Sententia in rem iudicatam transacta, juramenta voluntaria, seu judicialia, & confessiones in iudicio facta executionem paratam habent.

3. Sententia arbitratoris, & amicibilis compositoris executioni mandari possunt iure Regio, licet de iure Communi non possent, secundum Roderic. Suarez.

4. Instrumenta quacumque publica, partium confessiones in iudicio facta, juramenta, & privata scriptura à parte recognita executioni mandantur de iure Regio, absque solemnitatibus iudiciorum, statim captis pignoriibus.

5. Instrumenta authentica de iure Communi executionem non habent paratam, exceptis quibusdam casibus remissive positis.

6. Executionem paratam qua hodie habeant, & qualiter, & quo ordine in ea procedendum, & qua eam impediunt, tractant ab Auctore relati.

1. **V**IA executionis inducitur fuit, ut credituribus consuleretur, cum per eam à prolixitate litium eripiantur, & omnis solemnitatibus ordinis iudicarij, inspecta solummodo veritate, & æquitate, brevius jus suum consequantur, ne inquietentur, & impediatur ab optimis exercitiis, & à custodia familiarie, quod reipublice maxime interest. 2. Ob idque à iure dispositum fuit, sententiam in auctoritatem rei iudicata transactam, juramenta voluntaria, vel judicialia, & confessiones in iudicio factas, executionem paratam habere, (a) 3. quoniam de iure Regio introductum fuit, nedum sententiam iudicis, verum etiam sententiam arbitri, arbitratoris, & amicibilis compositoris executioni mandari posse, ut probatur in leg. 23. & leg. 34. tit. 4. Part. 3. & in leg. 4. tit. 21. lib. 4. Recopil. etfi Roder. Suarez (b) firmet, de iure Communi sententiam arbitri executioni tradi non posse: & nedum de iure Regio sententiam iudicis, vel arbitri, decifum est, paratam executionem habere; 4.

R fed

(a) Juxta text. in leg. Post rem iudicatam, ff. de Re iudic. quem ibi eleganter explicat Roder. Suar. à notab. 1.

(b) Post Bartol. in dict. leg. Post rem iudicatam, in cas. 8.